

1207, abril, 25

*L'abadessa Agnès de Sant Daniel assigna a la infermeria del monestir el mas Abadenques de Palol d'Onyar, que el mateix monestir havia rebut en dot de Raimunda de Palol, per 300 sous que rep d'Estefania i Maria de Palera, titulars de la referida infermeria, que són aplicats a redimir el mas Riera.*

ASD núm. 71, perg. orig., 298 x 190 mm. Hi ha còpia autèntica de 1777 dins del *Llibre de capbreus y notas de la senyora enfenera*.

Clareat cunctis presentibus atque futuris quod ego Agnes, Dei gratia Sancti Danielis abbatissa, consilio et assensu tocius conuentus eiusdem loci, dono et assigno illi officio qui dicitur infirmaria illum mansum totum integre in quo habitat Arnallus de Abbadenches, qui est in comitatu Gerundensi, in parrochia Sancti Saturnini de Palatiolo, in loco qui dicitur Abbadenches, qui mansus fuit oblatu ecclesie Sancti Danielis et conuentui pro hereditate Raimunde, Deo deuote que fuit filia Arnalli de Palatiolo et Bernarde uxoris eius. Predictum itaque mansum dono et assigno ad ipsam infirmariam cum exttibus et ingressibus et pertinentiis et tenedonibus et hominibus et feminis et uineis et terris cuitis et heremis et arboribus diuersorum generum et boschis et garricis et censibus et usaticis seruitiis et agrariis et adempramentis et omnium rerum dominiis siue exactionibus ac prouentibus, et cum omnibus aliis que dici uel nominari siue excogitari aliquo modo possunt que ad dictum mansum pertinent et pertinere debent. Et propter hac confiteor me numerando recepisse de bonis ipsius infirmarie per manus Stephanie et Marie de Paleria .cec. solidos barchinonenses, quos: mittO in magna utilitate domus nostre in redemptione illius pagesie que fuit Iohannis de Riera que fuerat obligata pro mille solidis quam redemimus pro magna nostra necessitate et utilitate. Preterea cum communi consilio lauda ad ipsam infirmariam illum mansum de Moscheres cum omnibus que ad ipsum mansum pertinent et pertinere debent. Hec omnia supradicta teneant supradicte Deo deuote Stephania scilicet et Maria ad seruitium infirmantium et post ipsas abbatissa cum consensu tocius nostri capituli stabiliat alias duas quas consideret prudentes et discretas ad illud seruitium faciendum et ita fiat per gratiam Dei usque in finem seculi. Et nulla domina nec abbatissa aliqua per nos contra hoc stabilimentum tam utile et tam honestum et tam necessarium uenire presumat; quod quicumque fecerit sit maledictus a Deo et omnibus sanctis, et non ualeat obtinere. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc .VII. kalendas madii anno Domini .MCCVII.

+Agnes, gratia Dei abbatissa\*. Sig+num Maria, Deo uote. Sig+num Raimunde de Palatiolo, que hoc lauda. Sig+num Berengarie de Riuopirorum, sig+num Saurine de Curtsauello, sig+num Stephanie, sig+num Marie de Paleria, sig+num Bemarde de Palatiolo, sig+num Flandine de Lercio, sig+num Galboris de Solerio, sig+num Saurine de Uirginibus, sig+num Guilielme de Torrente, sig+num Elicssendis de Riuopirorum,

sig+num Elliardis, sanctimonialium. (s. *man.*) Petrus de Locustaria, presbiter et sacrista secund us. (s. *man.*) Artallus de Mata, presbiter\*.

Sig+num Petri de Castilione, qui hoc scripsit die et anno quo supra. Bemardus Stephani, leuita et publicus scriptor Gerunde, subscribo (s. *man.*).

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 177-178